Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

augustino Jeronimus. Omni quidem tempore venerationem tuam eo quo decet honore veneratus sum et habitantem in te dilexi dominum salvatorem. Sed nunc si fieri potest cumulo aliquid addimus et plena complemus ut absque tui nominis mentione ne unam quidem horam preterire patiamur qui contra flantes ventos ardore fidei perstitisti malluisque quantum in te fuit solum liberari de sodomis quam cum pereuntibus commorari. Scit quid dicam prudentia tua. Macte virtute in orbe celebrans catholici te conditorem antiqua rursum fidei venerantur atque suscipiunt et quod signum maioris glorie est omnes heretici detestantur et me pari persequuntur odio ut quos gladiis nequeunt voto interficiant. Incolumem te et mei memorem christi domini clementia tueatur domine venerande et beatissime papa.

Jt ad eundem· xxxvj·

Multi utroque claudicant pede et nec fractis quidem cervicibus inclinantur habentes affectum erroris pristini cum predicandi eandem non habeant libertatem. Fratres sancti qui cum nostra sunt parvitate precipue sanctitatem. Et venerabiles filie tue supplicant salutari fratres tuos dominum meum alippium et dominum meum euodium ut meo nomine salutes precor coronam tuam. Capta iherusalem tenetur a nabugodonosor nec jeremie vult audire consilia quin potius egyptum desiderat ut moriatur in thaphnis et ibi servitute pereat sempiterna.

Jeronimus Augustino et alippio episcopis· xxxvij·

Dominis vere sanctis atque omni affectione ac veneratione venerandis alippio et augustino episcopis Jeronimus in domino salutem. Sanctus innocentius presbiter qui huius sermonis est portitor anno preterito quasi nequaquam affricam reversurus mea ad dignationem vestram scripta non sumpsit. Tamen deo gratias agimus quod ita evenit ut nostrum silentium nostris epistolis vinceretis. Michi enim omnis occasio gratissima est per quam scribo vestre reverentie testem invocans deum quod si possit fieri assumptis alis columbe vestris amplexibus implicarer. Semper quidem pro merito virtutum vestrarum sed nunc maxime quia cooperatoribus et auctoribus vobis heresis celestiana iugulata est que ita infecit corda multorum ut cum superatos dampnatosque esse se sentiant tamen venena m